Mythologia, Venise, 1567 - VII, 08 : De Atalanta

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :
Mythologia, Venise, 1567 - X [89] : De Atalanta

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 08 : De Atalanta *est une version augmentée de ce document*

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

Mythologie, Paris, 1627 - VII, 09 : D'Atalante *est une transformation de ce document*

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 08 : D'Atalante *est une transformation de ce document*

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia*Venise, 1567 - VII, 08 : De Atalanta, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 28/08/2025 sur la plate-forme EMAN :
https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/905

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50

Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination218r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieusesAtalante
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/905?context=pdf

De *Atalanta*. Cap. VIII.

De Atalanta Schœnei filia, quæ corporis viribus, & celeritate pedum nõ ſolum fœminas, ſed etiam homines anteibat, hæc pauca habemus memoria digna: quòd illa prior ſagitta aprum Calydonium percuſsit, vt ait Iſacius: quòd victa fuit ab Hippomene curſu dum malis tribus Heſperidum colligendis retardata fuiſſet, quòd in templo magnæ matris moræ impatiens nulla habita Deæ reuerentia cum Hippomene victore concubuit, quare Hippomenes in leonem, ipſa in leænam conuerſa eſt. at cur hæc celebrata & memoriæ prodita ſunt? quia ſignificare voluerunt nihil aliud eſſe Atalantam, quàm voluptatem; atque illum inſanire, qui per ſummum capitis diſcrimen ac periculum illam expetat: quippe cum morbi, & pudor, & facultatum iactura, & vitæ non pauca pericula, voluptatum ſint comites; ad quas ſine his peruenire nunquam conceditur. Qui igitur per ſumma pericula voluptatem expetiuerit nulla habita vel Deorum immortalium, vel ſanctiſsimarum legum reuerentia, quo pacto poterit humanam animi formam retinere, ac non in teterrimam belluam conuerti? vt igitur voluptates periculorum plenas deuitaremus, vt Deorum immortalium religionem coleremus, vt eorum loca ſacra ne contemneremus, hæc ipſa literarum monumentis ſunt tradita ab antiquis: qui nihil non vtile, plurimumq; ad humanæ vitæ informationem pertinens, ad nos tranſmiſerunt; ſi quis recte conſiderauerit: cum omnia contra huius ætatis ſcripta ab imperitis pleriſque in lucẽ tradita, plena ſint laſciuiæ, auaritiæ, adulationis; nihilóque minus curent, quàm vt viros bonos ac temperantes legentes efficiant.

De *Theſeo*. Cap. IX.

Theſeus Neptuni & Aethræ filius fuiſſe dicitur, vt traditum eſt in fabulis: quem tamen Plutarchus in eius vita non Neptuni, ſed Aegei fuiſſe ſcripſit; cui ſententiæ aſſenſit Ouid. etiam in his;

Nec pater eſt Aegeus, nec tu Pitheidos Aethræ
Filius: autores ſaxa fretumque tui.

Fama eſt hunc aliquando cũ puer eſſet adhuc, quo tempore Hercules Trœzenem ad Pitheum venit, leonis pellem, quam geſtabat Hercules, vidiſſe, atque ſecurim è manu ſerui cuiuſdam extorſiſſe illam belluam cæſurus, quia leonem eſſe putaſſet, cũ reliqui Trœzeniorum pueri viſa illa pelle aufugiſſent. Hic poſtea cum adoleuiſſet Herculis virtutem ac fortitudinem imitatus multos latrones & maleficos homines vbique ſuſtulit, orbem terrarum peruagatus: & Scironem, qui in monte non procul ab Athenis intra Megara & Iſthmum, multos mortales è præcipiti loco deiecit, idem mortis genus experiri coegit, quo viatores ipſe interimebat. Alii tamen dixerunt, inter quos fuit Soſicrates, quòd aduenis pedes lauandos protendebat, ac lauantes ex altiſsimo loco in mare deturbabat. Idem Theſeus Cercyonem in Eleuſine palæſtra ſuffocauit, ſicut is ſolebat peregrinos: idem Procuſtem pinus ad terram vi deflectentem & alligatos illis hoſpites arboribus in ſuum locũ cæſis retinaculis reuertentibus crudeliſsime laniantem ac diſcerpentem, interemit; aliosque latrones varia crudelitatis genera in hoſpites exercentes obtruncauit, vt teſtatur Plut. & Str. lib. 9. Hic tantæ virtutis fuiſſe dicitur,